

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

LEONIS V IMP. CHRYSOBULLIUM DE RESTAUR. S. ZACHARÆ MONAST. VENETO.

I.

Leonis V Armenii Græcorum Imperatoris chrysobullium de restaurando monasterio S. Zachariæ prophetæ in civitate Venetiarum.

A. d. 814—820.

Ipsum Imperatoris chrysobullium interiisse videtur. Quod nos evulgamus, est decretum Justiniani, Venetorum Ducis initio seculi IX (827—829). Hoc primus edidit Bozzoni in *Silentio di S. Zaccaria* snodato Venet. 1678. p. 44. Ex archivo Veneto repetiit Le Bret in *Gesch. d. Rep. Venedig*, T. I, p. 148. De hoc decreto sive declaratione Ducis Veneti ita Andreas Dandulus in chronico (Murat. *Scriptt. rer. Ital.* T. XII, p. 165): *Per hos dies [circa annum 814] Angelus Dux, vir catholicus, a Leone Imperatore suscepit corpus sancti Zachariæ prophetæ et partem ligni crucis et indumentorum Christi et matris ejus cum plurimis thesauris; et sub sancti Zachariæ vocabulo, non procul a palatio suo, monasterium fabricavit, quod monialium esse decrevit, et terras et aquas sibi coadherentes plene concessit, et reliquias susceptas in eadem ecclesia deposuit.* Ad quem Danduli locum ita Muratorius l. c.: „in margine cod. Ambros. hæc notantur: in alio codice sequuntur hæc verba: sunt aliqui, qui non ab Angelo, sed a Justiniano reliquias susceptas et monasterium ædificatum scribunt. Quibus suffragatur tenor concessionis factæ dicto monasterio, hujus tenoris scilicet: *cognitum sit omnibus Christianis* cett., ut alibi, et in calce Leonis cett. Itaque placuisse videtur monasterium constructum fuisse de bonis imperialibus per Justinianum ducem“. Et hæc recte Muratorius.

Eiusdem rei mentio facta est in libro singulari ac rarissimo: „*Squitinio della liberta Veneta. Nel quale si adducono anche le raggioni dell'Impero Romano sopra la città et signoria di Venetia. Stampato in Mirandola, appresso Giouanni Benincasa. M. DC. XII*“. Ibi p. 52 hæc leguntur: „L'anno 820 fu ucciso Leone Armeno Imperator di Constantinopoli. A tempo di costui, e di espresso suo commandamento fu fabricato il monasterio di S. Zaccaria in Vinetia. Sopra che si legge,

Fontes. XII.

1

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)**2 LEONIS V. IMP. CHRYSOBULLIUM DE RESTAUR. S. ZACHARIÆ MONAST. VENETO.**

come afferma il Sansouino, commettendo però errore nelli anni, una attestazione *scritta in Latino di mano del Doge Giustiano Participatio*, che pur dourà esser creduta, del seguente tenore, attenendoci alla traslatione di esso Sansouino. *Sia noto à ciascuno Christiano et fedele del Santo Romano Imperio, tanto à coloro che sono presenti, quanto à coloro che verranno doppo noi, così Dogi come Patriarchi, Vescou, et altri huomini principali, qualmente io Giustiniano Ipato Imperiale et Doge di Vinetia, per revelatione del Signor nostro onnipotente, et per commandamento del Serenissimo Imperatore et conseruatore della pace di tutto il mondo, doppo molti benefci à noi concessi, feci questo monisterio di vergini in Vinetia. Secondo che esso volle si edificasse della propria Camera Imperiale etc.* Questa scrittura vola apertamente gli Dogi nel Registro delli fedeli dell' Imperio, et essendo di mano del Doge, che confessa hauer operato per commandamento dell' Imperatore, non admette oppositione ne si può impiastrare. “Egit de hoc documento nuperrime Romani in storia di Venezia I, p. 162, 348.

De antiquioribus rebus Veneto-Græcis, sicuti de pristino statu Venetorum deque rationibus, quæ inter eos atque alios populos prisco ævo intercessere, a nobis actum est in præfatione. Adde Wilkenum in Kreuzzüge T. II, p. 186 sq., pag. 189 sq.

Cognitum sit omnibus Christi¹⁾ et sancti Romani imperii fidelibus, tam presentibus, quam et illis, qui post nos futuri erunt, tam ducibus, quam patriarchis atque episcopis seu ceteris primatibus, quia ego²⁾ Justinianus, imperialis Hypatus et Venetiarum Dux, per revelationem domini nostri omnipotentis et jussione domini serenissimi Imperatoris seu et conservatoris totius mundi, Leonis, post multa nobis beneficia concessa feci hoc monasterium virginum hic in Venetia, secundum quod ipse jussit edificare de propria camera imperiali, et secundum quod jussit mihi statim cuncta necessaria auri sive argenti dari³⁾.

Tunc etiam nobis reliquias sancti Zaccariæ prophetæ et lignum crucis domini atque sanctæ Mariæ pannum sive de

¹⁾ Christianis Murat.

²⁾ qui ergo Boz. et Lebr.

³⁾ dare Lebr.

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

VENETORUM LEGATIO CONSTANTINOPOLIN MISSA.

3

vestimentis Salvatoris et alias reliquias Sanctorum nobis ad ecclesiam sanctam consecrandam dari fecit.

Ad necessaria hujus operis etiam magistros tribuit, ut citius opus explerent, et expleto opere congregatio sancta incessanter pro salute serenissimi Imperatoris et suorum heredum orarent.

De thesauro vero, quod manifestat sua carta cum literis aureis, et totum donum, quod in hoc loco ipse transmissit, in ipsa camera salvum esse statuimus.

Tamen ipsam cartam in camera nostri palatii volumus ut semper permaneat, et ut non valeat aliquis hoc dicere, quod illud monasterium sancti Zaccariæ de alicujus thesauro esset constructum, nisi de sanctissimi domini nostri Imperatoris Leonis.

II.

Venetorum legatio Constantinopolin missa.

A. d. 819 (?).

Andreas Dandulus in chronico l. l. p. 164: *Hic Dux* (i. e. Angelus Particiacus seu potius Partecipazio) *cum duos filios haberet, Iustinianum Constantinopolin misit, qui ab Imperatore Leone votive susceptus, honorem Hypati seu imperialis Consulis obtinuit.* Cfr. Lebret T. I, p. 137. Marin in *Storia civile e politica del commercio de' Veneziani*, T. II, p. 9.

III.

Leo V Armenius Græcorum Imperator et Dux Venetorum subditis suis commercium Saracenorum interdicit.

A. d. 814—820.

De his ita Dandulus in chronico (Muratori l. c. p. 167): *Hoc tempore cum contigisset, loca sancta, quæ erant Hierosolymis, profanari, Leo cum filio, Imperatores augusti, edictum proposuerunt, ne quis in Syriam vel Aegyptum accedere auderet; quod catholici Duces Venetiarum approbantes subditis suis pariter inhibuerunt.*

Quod interdictum (ipsa imperatorum ducumque decreta nondum vidimus) brevi post a Venetis neglectum fuisse, ex eodem Dandulo l. c. p. 171, apparet.

1*

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

4

VENETORUM LEGATIO CONSTANTINOPOLIN MISSA.

IV.

Venetorum legatio Constantinopolin missa.

A. d. 821.

Andreas Dandulus in chronico p. 167. ed. cit.: *His enim imperio sublimatis* (Michaele et Theophilo a. d. 821) *Duces Venetiarum Angelum, Justiniani natum, cui nobilis foemina, Romana nomine, uxor erat, legationis causa Constantinopolin direxerunt.* Cfr. Lebret T. I, p. 139. Marin T. II, p. 14.

V.

Imperatoris Michaelis II de auxilio in Saracenos a Venetis præstando requisitio.

A. d. 828.

Andreas Dandulus ed. cit. p. 170: „*Justinianus Particiacus (Partecipazio) Dux genitore defuncto solus ducavit a. d. DCCCXXVII. Hic Dux imperialis Consul ab Imperatore requisitus quasdam bellicosas naves contra Saracenos, qui Siciliam invaserant, destinavit, quæ una cum Græcorum stolo aemulos suos non invenientes, Venetias redierunt*“. Et p. 172: „*requirente denuo Michaele Imperatore Duces naves plurimas bello aptas in Siciliam miserunt, quæ aliquem triumphum minime consequi valuerunt*“. Cfr. Lebret T. I, p. 141. Marin T. II, p. 18. Lebeau Histoire du Bas-Empire par Saint-Martin T. XIII, p. 73—75.

VI.

Imperatoris Constantinopolitani legatio Venetias missa.

A. d. 840.

Andreas Dandulus in chronico p. 175 ed. cit.: *Per hos dies Theodosius Patricius Venetias veniens imperiali nomine Petrum (sc. Trandonico) Ducem Spatarium imperii constituit, et Venetos requisivit, ut contra Saracenos apparatus bellicum mittere velociter procurarent.* Cfr. Lebret T. I, p. 165. Marin T. II, p. 21. Lebeau Histoire du Bas-Empire par Saint-Martin T. XIII, additions p. 477.

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

DECRETUM VENETORUM DE ABROGANDO MANCIPIORUM COMMERCIO. 5

VII.

Decretum Venetorum de abrogando mancipiorum commercio.

A. d. 876.

Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 186: *Quo tempore (Duce Urso Participacio I) mercatores Veneti lucri cupidi a piratis et latrunculis mancipia comparabant, et transfretantes de eis commercium faciebant. Cui manifesto facinori Duces obviare dispositi una cum clero et populo Venetiarum pie decreverunt, ne quis de mancipiis commercium faciat, vel in navibus recipia[n]t, imponentes graves poenas contrafacientibus.*

Plus semel hoc decretum postero tempore repetitum fuisse, sequentium documentorum et diplomatum quædam demonstrant. Vide nros. XII, XIII hujus Collectionis.

VIII.

Venetorum legatio Constantinopolin missa.

A. d. 912.

Andreas Dandulus in chronico p. 198 ed. cit.: *Ursus Participaciacus secundus laudatur Dux anno domini DCCCCXII. Hic . . . filium suum Petrum Constantinopolim destinavit, qui cum honore susceptus, ex imperiali munificentia Protospatarius factus aliisque receptis donis, repatriare disposuit.* Cfr. Lebret T. I, p. 188. Marin T. II, p. 15.

IX.

Venetorum legatio Constantinopolin missa.

A. d. 932.

Andreas Dandulus in chronico p. 201 ed. cit.: *Petrus Candianus secundus Dux elevatus est anno domini DCCCCXXXII . . . Iste Dux illico filium suum sibi æquivocum Constantinopolim delegavit, et ex imperiali liberalitate sedem Protospatarii cum donis pluribus obtinuit.* Cfr. Lebret T. I, p. 191. Marin T. II, p. 153.

X.

Pactum Justinopolitanum.

A. d. 932, die 14. m. Jan.

Liber Albus fol. 260. Cod. Trevisan. S. Marci fol. 49. Edidit Carli in *Antichità Italiane*. Appendici, p. 13, e cod. Trevisaneo; cfr.

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

6

PACTUM JUSTINOPOLITANUM.

eundem T. IV, p. 130. Postea Lebr et I, p. 193, qui diploma ipsum inspexit, emendatius, omissis tamen testium nominibus. Primus hoc pactum memorat Dandulus chron. p. 202 ed. Muratorii his verbis: *per idem tempus Audebertus locopositus et Joannes scavinus, Faragarius advocatus totius populi civitatis Justinopolis, huic Duci (Petro Candiano II) urbem suam fæderatam et censualem exhibuerunt, promittentes unoquoque anno dare centum amphoras vini, et Venetos in toto districtu suo defendere et conservare.*

Excerpsit suo more hoc pactum Marin T. II, p. 150.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Regnante domino nostro Hugone¹⁾ serenissimo rege, anno VI die XIII mensis Januarii, indictione V. Actum in civitate JUSTINOPOLI.

Opera caritatis et fructus optime voluntatis semper animum ad retributionem²⁾ sibi (*et*) obsequium debet accendere, maxime erga eos, qui gratuitum semper et salutis impendunt auxilium. Ideoque, quia divina gratia inspirante vos dominus *Petrus*, imperialis Protospatarius et gloriosus Veneticorum Dux, filius Petro Duci Candiano³⁾, omnibus vestris temporibus et usque ad presens populum civitati nostre suprascripte Justinopolim⁴⁾ mente benivola protexistis, et de nostra salvatione curam semper tanquam pastor optimus habuistis, et deambulavimus semper cum securitate et pace per vestros fines, nullumque gravamen nec violentiam ibi perpassi sumus: jam antea de vestris debuimus cogitare honoribus, sed per nostra negligentia hoc remansit⁵⁾.

Nunc igitur, quamvis tarde, previdimus omnes de civitate predicta nostra optima voluntate, nulla interveniente violentia neque districtione, et nemine umquam cogente aut suadente, set leto corde et animo, ut juxta quod possumus⁶⁾ vel de

1) Ugone Lebr et.

2) e retributione... obs. Carli, Lebr et.

3) Petri Ducis Candiani Carli et Lebr.

4) civitatis n. s. Justinopolis Carli et Lebr.

5) rem. hoc Carli et Lebr.

6) possemus Carli et Lebr.

fructibus terre nostre vicem glorie vestre¹⁾ recompensemus, et honorem in aliquo impendamus.

Quapropter nos quidem *Audebertus* locopositus et *Johannes* scavinus, *Faragarius* advocatus tocius populi, *Andreas* scavinus, filius *Concordi*, *Petrus* scavinus de *Johannone*, *Dominicus* scavinus de *Anastasia*, *Amelgericus*, *Madericus*²⁾, *Petrus* de *Baratonio*³⁾, *Dominicus* Veneticus, *Johannes* filius *Giselpergi*, *Dominicus* filius *Felici* de *Baratonnio*⁴⁾, *Johannes* de *Justane*⁵⁾, *Folcardus*⁶⁾, *Johannes* de *Magnane*, *Leo* frater ejus, *Petrus* de *Dignane*⁷⁾, *Johannes* *Camponago*⁸⁾, *Vitalis* frater ejus, *Sabbatinus*, filius *Vitali Carsanino*⁹⁾, cum consensu tocius populi nostri et nostra spontanea voluntate legationis istius causa ad vestram presentiam venimus, promittentes, nos vobis per omnem annum, usquedum in hoc seculo vixeritis, nos omnes suprascripti, insimul cum populo, honoris causa donare¹⁰⁾ vini boni¹¹⁾ anphoras centum per tempus vindemie, sive de nostro, sive de populi parte, vel quocunque modo potuerimus, ita ut nulla inde in nobis¹²⁾ sit negligentia.

Et hoc liberare promittimus infra dies decem¹³⁾, quoniam justum et rectum¹⁴⁾, propter quod multam benignitatem et omnem bonitatem circa nos semper inpenditis.

Quodsi hoc observare neglexerimus, et diebus vite vestre¹⁵⁾ ipsum vinum vobis singulos annos per tempus vindemie non dederimus, duplum vobis dare promittimus.

1) nostrae Carli et Lebr.

2) Mandericus Carli et Lebr.

3) Barantonio Carli et Lebr.

4) Baratonnio Carli.

5) Justanne Carli.

6) Folchardus Carli.

7) Dignogne Carli.

8) Camponego Carli.

9) Vitalis Carsannino Carli.

10) dare Lebr.

11) vinum bonum Carli et Lebr.

12) inde nobis Carli.

13) decem dies Carli et Lebr.

14) rectum est Carli et Lebr.

15) nostre L. A.

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig; Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

Ideoque promittentes promittimus, ut semper vestrum populum salvare et defensare debeamus a cunctis adversitatibus, ita ut nullas ab aliquo lesiones ¹⁾ vel forcias patiantur.

Et quicquid de nobis vel populo nostro aliquod debitum trahere debet vel inantea vestri [eis] ²⁾ suam crediderint causam, sine intermissione liberare debeamus.

Quodsi ex nobis hoc aliquis non observaverimus, componi ³⁾ promittimus auri libras V.

Antho ⁴⁾, filius Johanni de Melinda, consentiens.

Benedictus, gener Johannaceni ⁵⁾, consentiens.

Andreas, cognatus ejus, consentiens.

Benedictus, filius Petro de Uualtran ⁶⁾, consentiens.

Maurici de Justino, consentiens.

Sergius, filius Giselbergi, consentiens.

Benedictus, nepos Fuscani ⁷⁾, consentiens.

Sergius, filius Natalie ⁸⁾, consentiens.

Martinus, filius Vitali de Petro ⁹⁾, consentiens.

Altercarius consentiens.

Johannes, gener Petronie de Senatore, consentiens.

Johannes, gener Manno, consentiens.

Abo ¹⁰⁾, filius Goderam ¹¹⁾, consentiens.

Johannes, filius Teupaldo, consentiens.

Jubianus, filius Martino de Justino, consentiens.

Ursus de Bonane ¹²⁾ consentiens.

Johannaci, filius Passivo ¹³⁾, consentiens.

Johannes, filius Felicitati ¹⁴⁾ de Melinda, consentiens.

1) nullam — læsionem Carli et Lebr.

2) vestri suam Carli et Lebr.

3) componere Carli et Lebr.

4) Antonius Carli.

5) Joannoni Carli.

6) Mabra Carli.

7) Fulghani Carli.

8) Natalis Carli.

9) fil. Vitalis Carli.

10) Ato Carli.

11) Godertini Carli; an Goderami?

12) Bonnane Carli.

13) Joannazzi fil. Passivi Carli.

14) Feliciani Carli.

Cambridge University Press

978-1-108-04366-3 - Urkunden Zur Älteren Handels- und Staatsgeschichte Der Republik

Venedig: Volume 1: 814–1205

Edited by G.L.F. Tafel and G.M. Thomas

Excerpt

[More information](#)

PACTUM JUSTINOPOLITANUM.

9

Martinus, filius Gregori, consentiens.

Audebertus, gener Johannani de Pinguento¹⁾, consentiens.Johannes, filius Theodosie²⁾, consentiens.Dominicus, filius Gaipergani³⁾, consentiens.Dominicus, filius Heleni⁴⁾, consentiens.Acursus⁵⁾, et frater ejus Folcardo, consentiens.Dominicus de Limperga⁶⁾ consentiens.

Latinus consentiens.

Johannes de Serragogutia⁷⁾ consentiens.Teuden⁸⁾.

Ursus Citula.

Martinus Cabacurdo.

Dominicus Vitalis de Rebraciadino⁹⁾.Ursus Glutilli¹⁰⁾.Johannaci de Alfigunda¹¹⁾.Dominicus de Histria Ciontariautusi¹²⁾.

Petrus, filius Petro Juventino.

Dominatrino.

Daniel ministerialis.

Georgius de Armentressa¹³⁾ de Insula.Acius¹⁴⁾ Lucianus.Bonellus¹⁵⁾.

Dominicus, frater ejus.

Laurentius de Calcariola.

Mauricius.

1) Joannazzi de Piagnimo Carli.

2) Theodosii Carli.

3) Gaspergani Carli.

4) Heleni Carli.

5) Accius frater Folchardi Carli.

6) L'porga Carli.

7) Settagogutia Carli.

8) Teudericus Carli.

9) Rabtuzadino Carli.

10) Gutillus Carli.

11) Jonazzi Carli.

12) Ciontori Antici Carli.

13) Armenusa Carli.

14) Accius Carli.

15) Bonetus Carli.

Stefanus de Canneto¹⁾.
 Bonaldus, filius Teudereni²⁾.
 Bonolago.
 Ravennago³⁾.
 Vitalis Capud.
 Durio.
 Decrilisiano⁴⁾.
 Rotecausus.
 Johannes Scitodera⁵⁾.
 Lubucius.
 Johannes, frater ejus⁶⁾.
 Johannes de Bonutulo⁷⁾.
 Dominicus, filius Marciano de Lupardo.
 Barantinus et
 Augustus de Montanario⁸⁾.

Ego Georgius⁹⁾, dyaconus et notarius, per consensu
 populorum scripsi atque firmavi.

XI.

Pactum Justinopolitanum.

A. d. 933, d. 12. m. Martii.

Liber Albus fol. 261 v. Cod. Trevisan. S. Marci fol. 50. Edidit
 Lünig in cod. Italiæ diplom. II, 1946; Carli Append. p. 19 sq. e
 codice Trevisaneo. Cfr. eundem T. IV, p. 136 sq. Nuper videbis
 hoc diploma repetitum apud *Romaninum*, storia documentata di
 Venezia I, p. 367, sqq.

Dandulus ehn. p. 202 ed. Muratori: *His diebus cum Win-
 therius, Marchio Istriæ, insolitas exactiones ab hominibus Vene-
 tiarum extorqueret, et incolis in eorum possessionibus degentibus*

1) Cannevo Carli.

2) Teudoreni Carli.

3) Bon. Ravennate Carli.

4) Vit. Cap. ducis de Culisiano
 Carli.

5) Roncansus Joann. Jerto-
 detta Carli.

6) Lubritius, Joh. fr. eius Carli.

7) Bonnisilio Carli.

8) Barantius A. de Montenario
 Carli.

9) Gregorius Carli.